Kazimirus dei gratia Rex Polonie et Magnus Dux lithwanie Russie etc. Significamus presentibus vniuersis
Quomodo cupientes Ciuitatis nostre Wyeliczka condicionem facere meliorem et pro meliori ac ampliori
eiusdem comodo ad humiles et instantes peticiones Ciuium et incolarum ipsius in eadem Ciuitate
Wyeliczka vbi Zuppe Salis nostri existunt vendicionem liberam siue bancos carnium liberos singulis
diebus Sabbatinis in qualibet septimana habendam statuimus indulgemusque et admittimus presencium
per tenorem Dantes et concedentes plenam et omnimodam facultatem omnibus hominibus circum-
sedentibus cuiuscumque Status aut condicionis fuerint qui singulis diebus Sabbatis videlicet ad Wyeliczkam
cum carnibus venalibus venire poterint et eas in huiusmodi macellis seu bancis carnium liberis wlgariter
Szczatky vendere libere pro ipsorum beneplacito voluntatis Non tamen secare in minutas sed in
partes magnas wlgariter Cwyerczy debent ad nostre duntaxat beneplacitum voluntatis Vobis igitur
Capitaneo Procuratori Ceterisque vicesgerentibus Proconsuli Consulibus Zuppario Aduocato Scabinis et toti
Communitati Ciuitatis Wyeliczken presentibus requirendo et qui pro tempore fuerint nostris firmis regalibus
damus in mandatis Quatenus huiusmodi macella seu bancos carnium liberos ibidem in Wyelicz-
ka singulis diebus Sabbatis vt premittitur habendos prohibere et impedire nulla presumatis racione
omnes homines easdem vendere diebus prefatis volentes admittentes Sub pena nostra harum quibus
Sigillum nostrum est appensum testimonio literarum Datum in Proszhcow feria Secunda post festum
Sancti Bartholomei proxima Anno domini Millesimo Quadringentesimo x[illegible]mo

Ad relacionem Magnifici Petri de
Szczekocziny [illegible] per vicecancellarium

libe[illegible] [illegible] [illegible] in [illegible]

[illegible] [illegible]plum

Habitur in donat

Fol. 5

No 21410

Tr. 10

No 29 [illegible]

Liben Ven[illegible]

[illegible] [illegible]

[illegible]